



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XVI. De synderesi. Et habet artic. tres.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

superior est remota a carnis corruptione. ergo &c.

SED CONTRA, consensus in actum peccati est grauior, quam ipse actus peccati. sed consensus in actum uenialis peccati ad superiorem rationem pertinet. ergo &c.

¶ 2 Item subitus motus infidelitatis peccati ueniale est. & non est nisi in superiori ratione. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod in superiori parte rationis potest esse peccatum ueniale & mortale: sed tamen aliqua materia est, circa quam non potest esse nisi peccatum mortale, quod sic patet. Superior enim ratio habet actum circa aliquam materiam directe, scilicet circa rationes aternas, & circa aliquam materiam indirecte, scilicet circa rationes temporales, de quibus iudicat secundum rationes aternas. Circa materiam autem propriam, scilicet circa rationes aternas habet actum duplicem, scilicet subitum & deliberatum. Cum autem peccatum mortale non perficitur, nisi post actum deliberationis, poterit esse in superiori ratione peccatum ueniale, quando erit motus subitus; mortale autem quando erit deliberatum, sicut in peccato infidelitatis apparet: sed circa materiam temporalium rerum non habet actum, nisi deliberatum: quia non fertur ad ea, nisi conferens ad ea rationes aternas. Unde quantum ad huiusmodi materiam si sit in genere peccati mortalis, semper actus superioris rationis erit peccatum mortale: si autem sit in genere peccati uenialis, erit ueniale, ut patet cum quis consentit in uerbis otiosis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio superior peccat per hoc, quod desceditur a rationibus aternis, non solum contra eas faciendo: sed faciendo preter eas, quod est peccatum ueniale.

AD II. dicendum, quod non quilibet contemptus facit peccatum mortale; sed contemptus dei solum. Et per hunc solum homo auertitur a Deo; post quantumcumque autem deliberationem in peccatum ueniale consentiat, non committit Deum, nisi forte est in peccatum illud esse contrarium precepto diuino.

AD III. Dicendum, quod hoc quod in sensualitate non potest esse peccatum mortale, contingit ex imperfectione eius. Ratio autem perfecta potentia est, & ideo in ea potest esse peccatum secundum omnem peccati differentiam. Actus uero eius potest esse in quolibet genere completus. Unde si sit in genere uenialis, est ueniale: si in genere mortalis, est mortale.

AD IIII. dicendum, quod quamuis ratio superior non sit immediate carni coniuncta: tamen corruptio carnis usque ad ipsam pertingit, in quantum superior potentia ab inferioribus accipiunt.

QVÆSTIO XVI.

De Synderesi.

In tres articulos diuisa.

¶ Primo, Vtrum synderesi sit potentia, vel habitus.

¶ Secundo, Vtrum synderesi possit peccare.

¶ Tertio, Vtrum synderesi in aliquo extingatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Synderesi sit potentia, uel habitus.

1p. q. 99. a. 2

QVÆSTIO est de Synderesi. Et primo queritur, vtrum synderesi sit potentia, vel habitus. Et vs quod sit potentia. Ea enim que ueniunt in eandem diuisionem, sunt eiusdem generis: sed synderesi diuiditur contra concupiscibilem, irascibilem & rationalem, ut dicitur in gl. Hier. Ezech. i. sed irascibilis, & concupiscibilis, & rationalis sunt potentia. ergo & synderesi. Sed dicendum, quod non significat poten-

Super illud, in quatuor partib. 10. 3.

riam absolute, sed potentiam cum habitu.

¶ 2 Sed contra, Subiectum cui accidere non diuiditur contra subiectum absolute subiectum, non enim est diuisio conueniens, aliam aliam, non enim est aliam aliam. sed habitus comparat ad potentiam, sicut accedit ad subiectum. ergo non debet diuidi id, quod dicit potentiam tantum, scilicet irascibilis, concupiscibilis, & rationalis contra id, quod nominat potentiam cum habitu.

¶ 3 Item unius potentia contingit esse diuersos habitus: si igitur ratione habitus una potentia contra aliam distinguere, quod sunt habitus potentia, tot membra esse deberent illius diuisionis, que partes animae aduicem distinguuntur.

¶ 4 Item, nihil idem & unum potest esse regulatum & regulatum; sed potentia per habitum regulatur. ergo non potest potentia & habitus in idem coincideret, nisi nomen potentiam, & habitum simul designet.

¶ 5 Item, habitus non inscribitur aliquid: sed potentie nisi: sed uniuersalia principia iuris naturalis dicuntur inscribi synderesi. ergo &c.

¶ 6 Item, ex duobus non potest unum fieri, nisi altero mutato: sed habitus naturalis, quem significat synderesi nomen, non mutatur, quia oportet manere naturalia: nec iterum potentie aliam transmutant, ergo ex habitu naturali & potentia, non potest fieri unum, ut vtrumque uno nomine nominetur.

¶ 7 Item, Synderesi opponitur sensualitas: quia sensualitas semper inclinatur ad malum, ita synderesi semper ad bonum: sed sensualitas est potentia absolute, sine habitu. ergo & synderesi.

¶ 8 Item, sicut dicitur 4. Met. ro qua significat nomen est definitio. ergo illud nomen, quod non est hoc modo unum quo definibile est, uno nomine nominari non potest; sed aggregatum ex subiecto accidente, ut hoc quod dico homo albus, definitio non potest, ut probatur 7. Metaph. ergo nec aggregatum ex potentia & habitu. ergo non potest habitus potentia, uno nomine nominari.

¶ 9 Item, superior ratio potentia absolute nominatur: sed synderesi est idem quod superior ratio, ut dicitur in Aug. li. de Lib. arb. in naturali iudicatorio, quod superioris rationis. ergo synderesi est potentia absolute.

¶ 10 Item, aut est potentia, aut habitus, aut passio. ergo uisio Philosophi, vel est insufficientis, vel non est aliquid in anima, quod sit simul potentia & habitus.

¶ 11 Item, contraria non possunt esse in eodem: sed nobis est fomes innatus, qui semper inclinatur ad malum. ergo in nobis non potest esse aliquid habitus semper inclinans ad bonum, & ita synderesi que semper inclinatur ad bonum. non est habitus, uel habitus cum potentia: sed potentia absolute.

¶ 12 Item, ad operandum sufficit potentia, & habitus. si ergo synderesi sit potentia cum habitu operato, cum synderesi inclinatur ad bonum, non sufficiens erit ex puris naturalibus ad bene operandum, quod uidetur heresi esse Pelagii.

¶ 13 Item, si synderesi sit potentia cum habitu, non est potentia passiva, sed actiua, cum habeat operationem aliquam: sicut autem potentia passiva fundatur supra materiam, ita actiua supra formam. In anima humana est duplex forma, una per quam est animal conuenit in quantum spiritus est, qui est superior anima per quam corpus uiuificatur, in quantum anima est qui est inferior. oportet ergo quod synderesi fundatur supra formam superiorem, uel inferiorem, si supra superiorem, est super-

rior ratio, si supra inferiorem est inferior; sed tam superior quam inferior ratio nominat potestiam absolute, ergo &c.

¶ 14 Item, si synderesis sit potentia cum habitu, hoc non est nisi cum habitu innato: si enim cum habitu infuso vel acquisito, possibile est synderesim amittere; sed synderesis non nominat habitum innatum, ergo potentia absolute probatio medie; omnis habitus qui præsupponit aliquem actum temporalem, non est habitus innatus; sed synderesis præsupponit actum temporalem, est enim synderesis malo remurmurare, & instigare ad bonum, quod non potest, nisi prius actualiter intelligatur bonum & malum, ergo &c.

¶ 15 Item, Officium synderesis videtur esse iudicare. Unde & naturale iudicatum dicitur. Sed liberum arbitrium a iudicando nomen accepit, ergo liberum arbitrium est idem quod synderesis; sed liberum arbitrium est potentia absolute, ergo &c.

¶ 16 Item, Si synderesis sit potentia cum habitu quasi composita ex utroque, hoc non erit compositio logica, quia ipse ex genere, & differentia compositur, quia potentia non se habet ad habitum sicut genus ad differentiam, sic n. quilibet habitus potest superinductus specialem potentiam constituere, ergo est compositio naturalis, sed in compositio naturali compositum est aliud a componentibus, ut patetur 7. Met. ergo synderesis non est potentia, nec habitus, sed aliquid præter hæc, quod esse non potest, relinquitur igitur quod sit potentia absolute.

SED CONTRA, Si synderesis sit potentia, oportet quod sit potentia rationalis, sed rationales potentia se habent ad opposita, ergo synderesis ad opposita se habebit, quod est falsum, quia semper instigat ad bonum, nunquam autem ad malum.

¶ 1 Item, Si synderesis est potentia, aut est eadem cum ratione, aut alia: sed non eadem, quia contra rationem dividitur in genere. Ezech. nec oportet dici, quod sit alia ratione: specialis n. potentia specialem actum requirit nullus aut actus synderesis attribuitur, quem ratio facere non possit, ratio n. ipsa & instigat ad bonum, & remurmurat malo, ergo &c.

¶ 2 Item, Fomes semper inclinatur ad malum, synderesis semper ad bonum, ergo illa duo directe opponuntur, sed fomes est habitus, vel per modum habitus se habens, ipsa n. concupiscentia, quæ in pueris habitualis est secundum Aug. in adultis vero actualis, fomes esse dicitur, ergo synderesis est habitus.

¶ 3 Item, Si synderesis est potentia, aut est cognitiva, aut motiva: sed constat quod non est cognitiva absolute ex hoc quod actus eius est inclinare ad bonum, & remurmurare malo, ergo si sit potentia, erit motiva: hoc apparet esse falsum, quia potentia motiva sufficienter dividitur per irascibilem, & concupiscibilem, & rationalem, contra quas dividitur synderesis, ut prius dictum est, ergo &c.

¶ 4 Item, Sicut in parte animæ operatiua synderesis nunquam errat, ita in parte speculatiua intellectus principiorum nunquam errat: sed intellectus principiorum est habitus quidam, ut patet per philosophum in 6. Eth. ergo synderesis est habitus.

RESPON. Dicendum, quod circa hanc questionem diuersæ opiniones sunt. Quidam n. dicunt, quod synderesis potestiam absolute nominat, & aliam a ratione, ea superiorem. Alii uero dicunt, potentiam quidem absolute esse, sed eandem rationi secundum rem, consideratione tamen diuersam. Consideratur n. ratio, ut ratio, in quantum ratio naturatur, & confert, & sic no-

minat vis rationalis: & ut natura. i. in quantum naturaliter cognoscit aliquid, & sic dicitur synderesis. Alii autem dicunt synderesim nominare ipsam potentiam rationis, cum aliquo habitu naturali. Quid autem uerius sit, sic uideri potest. Sicut dicit Dion. 7. de Diu. nom. diuina sapientia coniungit fines primorum principiorum secundorum nature non ordinate adinuem sic se habent, sicut corpora contigua, quorum inferius in sui supremo, tangit superius in sui infimo, & inferior natura attingit in sui supremo ad aliquid quod est proprium superioris nature, imperfecte illud participans. Natura autem anime humane est infra angelicam, si consideremus naturalem modum cognoscendi utriusque: naturalis n. modus cognoscendi, & proprius nature angelice est, ut veritatem cognoscat sine inquisitione, & discursu: humana uero proprium est, ut ad veritatem cognoscendam perueniat inquirendo, & ab uno in aliud discurrendo. Vnde anima humana, quantum ad id, quod in ipsa supremum est, aliquid attingit de eo quod proprium est nature angelice, ut aliquorum cognitionem subito, & sine inquisitione habeat, quibus quibus ad hoc inueniat angelo inferior, quod in his ueritatem cognoscere non potest nisi a sensu accipiendo. Inuenit autem in natura angelica duplex cognitio: speculatiua, qua ipsa rerum ueritatem simpliciter, & absolute intuet, & practica scilicet secundum Philosophum, qui posuerunt angelos motores orbium, & omnes formas naturales persistere in eorum cognitione, quam secundum Theologos, quod ponit angelos Deo in officiis spiritualibus ministrare, secundum quod ordines distinguuntur, unde & in natura humana in quantum attingit angelicam, oportet esse cognitionem ueritatis sine inquisitione, & in speculatiua, & in practica. Et hanc quidem cognitionem oportet esse principium totius cognitionis sequentis, siue speculatiue, siue practice, cum principia oporteat esse stabiliora, & certiora: unde & hanc cognitionem oportet homini naturaliter inesse, cum hoc quidem cognoscat, quasi quoddam feminarium totius cognitionis sequentis, sicut & in omnibus naturis sequentium operationum, & effectuum quodam naturalia femina præexistunt: oportet etiam hanc cognitionem habitualement esse, ut in promptu existat ea uti cum fuerit necesse, sicut autem anima humane est quodam habitus naturalis, quo principia speculatiuarum scientiarum cognoscit, quem uocamus in intellectum principiorum, ita in ipsa est quidam habitus naturalis primorum principiorum operabilium, quæ sunt naturalia principia iuris naturalis. Qui quidem habitus ad synderesim pertinet. Hic autem habitus non in alia potentia existit, quam in ratione, nisi forte ponamus intellectum esse potentiam a ratione distinctam, a cuius contrarium supra dictum est. Restat igitur, ut hoc nomen synderesis uel nomen absolute habitum naturalem similem habitui principiorum, uel nomen ipsam potentiam rationis cum tali habitu. Et quodcumque hoc fuerit, non multum differt, quia hoc non facit dubitationem nisi circa nominis significationem. Quod autem ipsa potentia rationis prout naturaliter cognoscit, synderesis dicatur, absque omni habitu esse non potest, quia naturalis cognitio rationi conuenit secundum aliquem habitum naturalem, ut de intellectu principiorum patet.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliqua potest in eadem diuisione uenire, secundum quod in aliquo eodem conueniunt, quod quod sit illud eodem, siue sit genus, siue accidens. In illa igitur diuisione quadrimembri, qua synderesis contra tres potentias distinguitur, non distinguitur. Quæst. dist. S. Tho. EEE 2 guntur

A medio illius.

D. 10. q. 1. art. 1.

gunt ad invicem membra divisionis sicut quod conveniunt in hoc modo, quod est potentia: sed sicut quod conveniunt in hoc modo, quod est principium motuum.

Ad II. Dicendum, quod quandoque ex accidente supervenit subiecto aliquid speciale propter id, quod convenit sibi ex sua natura, tunc nihil prohibet accidens dividi contra subiectum, vel subiectum cum accidente contra subiectum absolute sumptum: sicut si dividerem superficiem coloratam contra superficiem absolute dictam. In quantum n. superficies absolute sumit, est quod dicitur mathematicum: per hoc vero quod dicitur colorata, trahit in genus naturæ. Ita ratio non iam cognitionem sicut modum humanum, sed per habitum naturalem trahit ad alterius generis considerationem, ut ex dictis patet. unde nihil prohibet ipsum habitum dividi contra potentiam in divisione, quia dividit principium motuum, vel ipsam potentiam habitualemente dividi contra potentiam absolute sumptam.

In corp.

Ad III. Dicendum, quod habitus qui insunt potentie rationali, eodem modo movent per illum modum qui est proprius rationi in quantum est ratio: & ideo illi habitus distingui non possunt contra rationem, sicut habitus naturalis a quo synderesis nominatur.

Ad IIII. Dicendum, quod synderesis non dicitur significare potentiam & habitum, quasi eadem res sit potentia & habitus, sed quia uno nomine significatur ipsa potentia cum habitu, cui subternitur.

Ad V. Dicendum, quod aliquid inscribi in aliquo est dupliciter. Uno modo, sicut in subiecto, & sic in anima non potest aliquid inscribi, nisi quantum ad potentiam: uel sicut in continente, & sic nihil prohibet aliquid habitui inscribi, secundum quod dicitur singulari, quæ ad geometriam pertinent, ipsi geometrie inscribi.

Ad VI. Dicendum, quod ratio illa procedit, quoniam aliquid fit unum ex duobus per modum missionis. Sic autem non fit unum ex potentia & habitu: sed sicut ex accidente & subiecto.

Ad VII. Dicendum, quod hoc quod sensualitas inclinat semper ad malum, habet ex corruptione fomitis. Quæ quidem corruptio inest per modum cuiusdam habitus. & sic etiam synderesis ex aliquo habitu naturali habet quod semper ad bonum inclinet.

Ad VIII. Dicendum, quod homo albus non potest definiti definitione propria, qualis est definitio substantiarum quæ significant unum per se, sed potest definiti definitione quadam secundum quid, in quantum ex subiecto & accidente fit unum secundum quid, & talis unitas sufficit ad hoc, quod unum nomen possit imponi, unde Philo. ibidem dicit, quod subiectum cum accidente potest uno nomine nominari.

Ad IX. Dicendum, quod synderesis neque nominatur rationem superiorem, neque inferiorem, sed quod communiter habens se ad utrumque. In ipso n. habitu universalium principiorum iuris continentur quedam, quæ pertinent ad rationes æternas, ut hoc quod est Deo esse obediendum: quodam vero quod pertinent ad rationes inferiores, ut potest secundum rationem esse vivendum. Aliter autem synderesis dicitur incommutabilibus intendere, aliter ratio superior. Dicitur n. aliquid incommutabile propter incommutabilitatem naturæ, & sic divina incommutabilia sunt, & hoc modo ratio superior incommutabilibus intendit: dicitur etiam aliquid incommutabile propter necessitatem veritatis, quæ sit circa res secundum naturam commutabiles, sicut ista veritas, omne totum est maius sua parte, incommutabilis est, et in commutabilibus rebus, & hoc

F modo synderesis incommutabilibus intendere dicitur. Ad X. Dicendum, quod quamvis omne quod est in anima, sit solum habitus, vel solum potentia, vel solum passio: tamen non omne quod nominatur in anima, est alterum horum tantum. Illa quæ secundum rem distincta sunt, potest intellectui coniungere, & uno nomine nominare.

Ad XI. Dicendum, quod habitus ille inclinans ad malum innatus pertinet ad inferiorem partem anime, quæ corpori coniungitur: habitus autem naturaliter inclinans ad bonum pertinet ad superiorem partem anime, & ideo hi duo contrarii habitus non sunt eiusdem, secundum idem.

Ad XII. Dicendum, quod habitus cum potentia sufficit ad actum, qui est illius habitus. Actus autem huius habitus naturalis, quæ synderesis nominatur, est remurmurare malo, & inclinare ad bonum: ideo ad hunc actum homo naturaliter potest. Non autem sequitur ex hoc, quod in opus meritorium, sed et puris naturalibus possit: hoc enim naturali facultati imputare solummodo pelagianæ impietatis est.

Ad XIII. Dicendum, quod synderesis secundum quod potentiam nominatur, magis ut nominare potentiam passivam, quam activam. Non enim distinguit potentia activa a passiva ex hoc, quod habet operationem, quia cum cuiuslibet potentie anime tam active quam passive sit operatio aliqua, qualibet potentia activa esset activa. Cognoscitur eorum distinctio per comparationem potentie ad obiectum. Si n. obiectum se habeat ad potentiam, ut patiens & transmutatum, sic erit potentia activa: si autem econverso se habeat, ut agens & movens, sic erit potentia passiva. & inde est quod omnes potentie vegetabilis anime sunt activæ, quia aliquid transmutatur per potentiam anime tam in nutrimento quam in girando: sed potentie sensitivæ obiecta passiva, quia per sensibilia obiecta moventur, sunt in actu. Circa intellectum vero aliqua potentia est activa, aliqua passiva, eo quod per intellectum intelligibile in potentia sit intelligibile actus, quæ est intellectus agens, & sic intellectus agens est potentia activa. Ipsum est intelligibile in actu facit intellectum in potentia esse intellectum in actu. Sic intellectus possibilis erit potentia passiva. Non autem ponitur intellectus agens sit subiectum habituum: sed magis possibilis, unde ipsa potentia quæ habitui naturali subiicitur, magis ut esse potentia passiva, quam activa. dato autem quod sit activa potentia, ulterius non recte proceditur. Non sunt in anima due forme, sed una tantum, quæ est essentialis, quia per essentialiam suam spiritus est, & per essentialiam suam forma corporis est, non per aliquid superadditum. Unde ratio superior & inferior potest fundatur super duas formas: sed per unam essentialiam anime: nec etiam verum est, quod ratio inferior fundetur supra essentialiam anime secundum illam habitum dicentem, quæ est forma corporis, sicut fundantur in essentialia anime solum illa vires quæ sunt organice affixæ, qualis non est ratio inferior: dato etiam quod illa potentia, quam nominatur synderesis, sit idem quod ratio superior vel inferior, nihil prohibet nomine rationis nominari illa potentia absolute, nomine autem synderesis nominari eandem, cum habitu sibi in hærente.

Ad XIV. Dicendum, quod actus cognitionis non preexigitur ad potentiam vel habitum synderesis, sed ad actum ipsius. Unde per hoc non excusatur quin habitus synderesis sit innatus.

Ad XV. Dicendum, quod iudicium est duplex. In

fali, & hoc pertinet ad synderesim, & in particula
ri operabili, & hoc est iudicium electionis, & hoc
pertinet ad liberum arbitrium.

AD XVI. dicendum, quod compositio philoso
phica & naturalis est multiplex. Est enim cõposi
tio misti ex elementis, & in hac compositioe log
tur philosophus, quod oportet formam misti ef
se aliam omnino ab ipsis elementis. Est etiam com
positio formæ substantialis & materis ex qua re
sultat tertium s. forma sp̄i, quæ quidem nõ est a
liud oĩa a materia & forma; sed se hêt ad cas, ut
torum ad partes. Est etiam compositio subiecti &
accidentis, in qua non resultat aliquid tertium ex
utroq; & talis est compositio potentie & habitus.

ARTICVLVS II.

Utrum Synderesis possit peccare.

SECUNDO queritur, utrum Synderesis possit pec
care. Et videtur quod sic: quia dicitur in gl. Ezech. i.
de Synderesi, hanc interdum præcipitari videm?
sed præcipitatio in operabilibus nihil aliud est, q̄
peccatum. ergo &c.

¶ 2 Item, cum peccare non sit habitus proprie lo
quendo, nec potentie, sed hois, quia actus sunt singu
larium, dicitur tamen aliquis habitus, vel potentiam
peccare secundum quod per actum alicuius pote
tie, vel habitus homo inducitur ad peccandũ. sed
per actum synderesis homo inducitur ad peccan
dum quandoque: quia dicitur Ioan. 16. venit hora, ut
omnis qui interficit vos &c. & sic ad occasionem
Apostolorum aliqui inclinabatur ex hoc arbitrio
quod iudicabant esse obsequendum Deo, quod
ad synderesim pertinet. ergo &c.

¶ 3 Item, Hier. 3. dicitur filii Memphis, & Thaneos
constuprauerunt te usque ad uerticem, uertex aut
est superior pars aĩe, ut dicitur glo. super illud psal.
7. In uerticem ipsius iniquitas eius descendet, & sic
ad synderesim pertinet, quæ est supremum in ani
ma. ergo synderesis ad gemonib; constupratur.

¶ 4 Item, potentia rationalis se habet ad opposita
secundum philosophum. sed synderesis est poten
tia rationalis. ergo se habebit ad opposita. ergo po
test bonum facere & peccare.

¶ 5 Item, contraria nata sunt fieri circa idem: sed
uirtus & peccatum sunt contraria. cum igitur in
synderesi sit actus uirtutis, quia instigat ad bonũ,
etiam erit in ipsa actus peccati.

¶ 6 Item, sicut se habet habitus principiorum in
speculatiuis: ita synderesis in operatiuis: sed om
nis operatio rationis speculatiua ex principiis ori
ritur. ergo omnis operatio practice, ratiois ex syn
dresi inuinitur. ergo sicut synderesi attribui
tur operatio rationis practice, quæ est secundum
uirtutem; ita attribuetur ei operatio rationis quæ
est secundum peccatum.

¶ 7 Item, poena r̄ndet culpa: sed tota anima puni
t in damnatis, etiam synderesis. ergo & ipsa peccat.

SED CONTRA, Bonum potest esse magis purũ quã
malum: quia aliqd bonum est cui nihil admisce
re de malo: nihil autem deo est malum, quod non hêt
aliquid de bono admistum: sed in nobis est aliqd
quod semper inclinatur ad malum, s. fomes. ergo &
aliquid erit quod semper inclinatur ad bonum: hoc
autem non uidetur esse, nisi synderesis. ergo &c.

¶ 2 Item, quod naturaliter inest, semper inest: sed na
turale est synderesi, quod remurmuret malo. ergo
ipsa nunquam in malũ cõsentit. ergo non peccat.

RESPON. dicendum, quod natura in omnibus suis
operib; bonum intendit, & cõseruatione eorum,
quæ per operõnem nature sunt: & ideo in oĩbus

A natura operib; semper principia sunt pmanentia,
& immutabilia, & rectitudinem conseruãtia, prin
cipia enim manere oportet, ut dicitur in 1. Physi.
Non enim posset esse aliqua firmitas, uel certitudo
in his, quæ sunt a principis, nisi principia essent fir
miter stabilita. Et inde est, quod oĩa mutabilia re
ducunt ad aliquid primũ immobile. Inde est et, quod
oĩs specifica cognitio deriuatur ab aliqua certissi
ma cognitione, circa quæ error esse nõ potest, quæ est
cognitio primorum principiorum uniuersalium,
ad quæ oĩa illa cognita examinatur, & ex quibus
oĩb; oẽ uerum cognita examinatur, & ex quibus
oĩb; oẽ uerum approbatur, & oẽ falsũ respuitur.
In quib; si aliquis error possit accidere, nulla certi
tudo in tota sequenti cognitione inueniretur. Vñ
& in operibus humanis ad hoc, quod in eis aliqua
rectitudo esse possit, oportet esse aliquod prin
cipiũ pmanens, quod rectitudinẽ immutabilem hêat,
ad quod oĩa opera examinantur, ita quod illud prin
cipiũ pmanens omni malo resistat, & oĩ bono
assentiat. Et hoc est synderesis, cuius officium est
remurmurare malo, & inclinare ad bonũ; & ideo
concedimus, quod in ea non possit esse peccatũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod synderesis nõ
quam præcipitatur uniuersali: sed in ipsa applica
tione uniuersalis principii ad aliquid particulare
potest accidere error, pp imperfectam, uel falsam de
ductionem, uel alicuius falsi assumptionem. Et nõ
dixit simpliciter, quod præcipitatur synderesis:
sed quod conscientia præcipitatur, quæ uniuersale iu
diciũ synderesis ad particularia opera applicat.

AD SECUNDM Dicendum, quod quoniam in aliquo
syllogismo conclusio falsã inducit ex duab; ppositi
onib; quarum una est uera, & alia falsa, pãm con
clusionis non attribuitur ueritas, sed falsitas. Et nõ in il
lo arbitrio, quo occisores apostolorũ arbitrabant
se obsequium prestare Deo, peccatum non proue
niebat ex uniuersali iudicio synderesis, quod est Deo
obsequendum: sed ex falso iudicio superioris rōnis
quæ arbitrabatur, occasionem apostolorum esse be
neplacitam Deo: & nõ oportet concedere, quod
per actum synderesis inclinarentur ad peccatum.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut uertex corporis
est suprema pars corporis: ita uertex aĩe est sup
rema pars aĩe, vñ s̄m diuersas distinctiones partium
a uertice aĩe diuersimode accipiuntur. Consideran
do, uel distinguendo enim partem intellectuam
a sensitiua, tota intellectuua pars anime uertex dici
potest: ulterius distinguendo intellectuam partẽ in
rationem superiorem & inferiorem, rō superior
dicitur uertex: ulterius distinguendo rationem in
naturale iudiciũ, & rationis deliberationem, na
turale iudiciũ dicitur esse uertex. Cum igitur aĩa
dicitur usque ad uerticem cõstiprari, intelligitur
secundum quod uertex nominatur superiorem rō
nem: non autem prout nominatur synderesim.

AD QVARTVM dicendum, quod potentia rōnalis,
quæ de se, se habet ad opposita, per habitum quan
doq; determinatur ad unum, & maxime si sit ha
bitus completus. Synderesis autem non nominatur
potentiam rationalem absolute: sed perfectam p
habitum certissimum.

AD QVINTVM Dicendum, quod actus syndere
sis non est actus uirtutis simpliciter: sed præambu
lum ad actum uirtutis, sicut naturalia sunt præam
bula uirtutibus gratuitis, & acquisitis.

AD VI. dicendum, quod sicut in speculatiuis ratio fal
sa, quamuis originem sumat a principiis, non tñ a
principiis primis falsitatem habet: sed ex malo usu
principiorum: ita etiam in operatiuis accidit.

Quest. dis. S. Tho. EEE 3 AD

AD VII. Dicendum, quod Aug. 12. de Trin. ostēdit hoc argumentum non valere: dicit enim quod peccato solius inferioris rationis totus homo dānatur. Et hoc ideo quia ad unam partem pertinet vtraque ratio, cuius est proprium peccare. Et ideo pœna directe responderet personæ, & non potētia, nisi in quantum potentia est persona: pro peccato enim quod homo una sui parte cōmiserit, ipsa perso- na hominis pœnam meretur, quantum ad omnia quæ in persona continentur. Vnde & in iudicio seculari pro homicidio, quod homo manu com- mittit, non sola manus punitur.

ARTICVLVS III.

Utrum synderesis in aliquo extinguatur.

TERTIO quæritur, utrum synderesis in aliquo extingatur. Et videtur quod sic. Psa 31. Cor- rupti sunt & abominabiles facti sunt. Gloss. corrup- ti omni lumine rationis priuati: sed lumen synderesis, est lumen rationis, ergo lumen synderesis in aliquibus extingatur.

¶ 2 Item, Infideles non habent aliquē remorsum cōscientiæ de sua infidelitate; infidelitas autē pecca- tum est. Cum igitur officium synderesis sit remur- murare peccato, vñ quod in eis ipsa sit extincta.

¶ 3 Item, Per Phil. 7. Eth. Ille qui habet habitum vi- tii, est corruptus circa principia operabilium; sed principia operabilium pertinent ad synderesim: ergo in habente habitum vitij alicuius extinguit.

¶ 4 Item, Prou. 18. Impius cum in profundum ve- nit, contemnit, quod cum accidit synderesis lo- cum suum non tenet, ut dicit Hier. in glo. Ezech. 1. ergo in aliquibus extinguitur.

¶ 5 Item, In beatis amouetur omnis inclinatio ad malum, ergo per cōtrarium, & in damnatis oīs inclinatio ad bonum: sed synderesis inclinatur ad bo- num, ergo &c.

SED CONTRA, Isaiæ ultimo, Vermis eorū non morietur, & exponitur de verme conscientiæ, s̄m Aug. qui est remorsus conscientiæ: sed remorsus conscientiæ causatur ex hoc, quod synderesis re- muratur malo, ergo synderesis nō extinguitur.

¶ 2 Item, in peccatis profundissimum tenet locū desperatio, quæ est peccatum in Spiritum sanctū: sed etiam in desperatis synderesis nō extinguitur, ut patet per Hiero. in Gl. Ezech. 1. vbi dicit, quod nec in Cayn est extincta, quem tamen cōstat despera- tum fuisse per hoc, quod dicitur Gen. 4. Maior est iniquitas & cetera.

RESPON. Dicendum, quod synderesim extingui intelligi potest dupliciter. Vno modo quantū ad ipsum lumen habituale, & sic impossibile est, q̄ synderesis extingatur, sicut impossibile est quod anima hominis priuatur lumine intellectus agentis per quod principia prima in speculatiuis & o- peratiuis nobis innotescunt: hoc enim lumen est de natura ipsius anime, cū per hoc sit intellectu- alis, de quo lumine dicitur in Psa. 4. Signatum est super nos lumen vultus, quod scilicet nobis bona ostendit: hec enim erat responsio ad id quod di- xerat, quis ostendit nobis bona? Alio modo quā- tum ad actum, & hoc dupliciter. Vno modo ut di- catur actus synderesis extingui in quantum actus eius omnino interceptur, & sic contingit actum synderesis extingui, & in non habentibus usum li- beri arbitrii, nec aliquem usum rationis, & hoc p- pter impedimētū proueniēs ex lēione organorū corporalium, a quib. rō nra accipere indiget. Alio modo per hoc, quod actus synderesis ad contra- riū dēlectat, & sic impossibile est in uniuersali iu-

diciū synderesis extingui. In particulari uero o- perabili extinguitur quando cumque peccatur in eligendo, nis enim concupiscētia, uel alterius pas- sionis ita rationem absorbet, ut in eligendo synde- resis uniuersale iudiciū ad particularem adum nō applicet: sed hoc nō extinguit synderesim simpli- citer: sed secūndū quid. Vnde simpliciter loquen- do concedimus, quod synderesis nunquam extinguitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dicitur ali- qui peccatores omni lumine rōnis priuati: quan- tum ad actū electionis, in qua ratio errat, propter hoc quod absorbetur ab aliqua passione, uel de- primitur ab aliquo habitu, ut lumen synderesis non sequatur in eligendo.

AD II. dicēdum, quod in hæreticis non remur- murat conscientia eorum in fidelitati, propter er- rorem qui est in ratione eorum superior, ex quo contingit quod iudiciū synderesis huic particu- lari nō applicetur. In uniuersali iudiciū synde- resis in eis manet. Iudicant enim mali esse non credere his, quæ a Deo dicuntur. In hoc autem er- rant secūndum superiorem rationem, qua non credunt hoc esse a Deo dictum.

AD III. dicēdum, quod ille, qui habet habitum alicuius vitij, est quidem corruptus circa principia operabilium, non quidem in uniuersali, sed in parti- culari operabili, in quantum s. per habitum vitij deprimitur ratio, ne uniuersale iudiciū ad eum particulare operabile applicet in eligendo. Et per- hūc modum impius in profundum peccatorum ueniens contemere dicitur.

Et sic patet solutio ad quartum. Ad v. dicendum, quod malum est preter natu- ram, & ideo nihil prohibet inclinationem ad mo- lum a beatis remoueri, sed bonum, & inclinatio ad bonum consequitur ipsam naturam, vnde natura manente non potest inclinatio ad bonum tolli- tiā a damnatis.

QVÆSTIO XVII.

De conscientia.

In quinque articulos diuisa.

- ¶ Primo, Utrum conscientia sit potentia, vel ha- bitus, vel actus.
- ¶ Secundo, Utrum conscientia possit errare.
- ¶ Tertio, Utrum conscientia liget.
- ¶ Quarto, Utrum conscientia erronea liget.
- ¶ Quinto, Utrum conscientia in indifferentibus plus liget, vel minus quam præceptum prelati.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum conscientia sit potentia, uel habitus, uel actus.

QVAESTIO est de conscientia, & in pri- mo quæritur, utrum sit potentia, uel habitus, uel actus. Et vñ quod sit potentia, dicitur enim Hier. in Gl. Ezech. 1. postquam dicitur synderesim mētione fecerat, hæc conscientiam iterum præcipitari uidemus, ex quo vñ quod idem sit conscientia & synderesis, sed quodā modo synderesis est potentia, ergo & conscientia. ¶ 2 Pre. Nihil est subiectū uitij, nisi potentia actus: conscientia est subiectū in nationis peccati, ut patet ad Titū 1. Inquinata est corū & mēs & cōscien- tia, ergo conscientia est potentia. Sed dicebatur, quod inquinatio nō est in conscientia, sicut in subiecto.

Super illud Ezech. 1. in quatuor par- tibus.

Sup illud Ezech. 1. in quatuor par- tibus.